

842.

1248—1259.

BIRGER JARLS Bekräftelse på ett Testamente som GISLO PETERSSON före en pelgrimsfärd till Jerusalem gjort till Nydala kloster af en gård Meratorp i Tvetå, hvarå hans Bror THORD afstått den lösningsrätt, som blifvit honom mot en mark guld förbehållen.

A. 3. x. 1: 9.

B dei gracia dux sweorum. Vniuersis presentes litteras inspecturis. Salutem in nomine ihesu. christi. vestre significamus vniuersitati. quod bone memorie Gislo Petri filius iter peregrinacionis gerosolimam. arripiens rescriptum testamenti sui nobis remisit in hunc modum. Silicet quod quandam. mansionem in twetum. dictam merathorp. domui regularium ordinis sancti benedicti. in Nouaualle. reliquit in testamento. Tali condicione media. quod frater Suus. Thordo pro marca auri Sibi si placeret redimeret. dictam mansionem. Memoratus. uero Thodo. dictam mansionem nolens redimere predictæ domui totaliter eandem resignauit. Huius rei testes Sumus. presentem litteram. sigilli nostri confirmacione munientes.

Sigillet borta.

843.

1248—1266.

BIRGER JARLS Stadfästelse på sin broders Biskop BENGTs i Linköping gåfva af qvarnstället i Långofors till Nydala kloster.

A. 3. x. 1: 10.

.B. dej gracia Dux sweorum. vniuersis christi fidelibus prouinciam inhabitantibus østbo. salutem in uirginis filio domino iesu christo. vniuersitatj uestre presentibus intimamus locum molendinorum langofors uulgo dictum cum suis attinencijs germanum nostrum Dominum. B. bone memorie lincopensem episcopum fratribus Noueuallis in honorem beate uirginis marie & suorum remissionem peccaminum contulisse perpetuo possidendum. sicut in suis litteris racionabiliter reliquit expressum. Nos igitur dictam donacionem ratam habentes & sigilli nostrj munimine roborantes. omnibus per presentia declaramus. quod quicumque predictos fratres indebite super hac donacione molestare presumpserint. ut inuasorem aliene possessionis & transgressores iusticie Regie maiestatis persentient ultionem.

På frånsidan: langafors. Af sigillet är ett löst stycke sedan fastknutet.